




N. Hemmingius
Demonstratur quod
dec homo sit peccatum
dec peccatum substantia.

Hafniæ 1577.






Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 797 4°



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 797 4°



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 797 4°



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 797 4°



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 797 4°

3. 105.


40

DA Box

LN 797

M





Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 797 4°

ASSERTIONES

QVIBVS DEMONSTRATVR
QVOD NEC HOMO SIT PECCATVM,
NEC PECCATVM SUBSTANTIA,
propositæ in Disputationem

A
NICOLAO HEMMINGIO
XI. DECEMBERIS,
Anno 1577.

I.

NEC homo peccatum, nec peccatum substantia propriè dici potest, de quo cunq; vel homine vel peccati genere loquaris.

2.

Nam qui hominem peccatum dixerit, & peccatum substantiam, is & Deum authorem peccati fingit, & peccatum creaturam esse somniat.

3.

Siquidem nulla substantia vera existit, cuius conditor Deus non sit.

4.

Si ergo hominem Deus in utero materno format, & in hanc lucem introducit: non poterit peccati labem effugere, si homo substantialiter peccatum est.

A

Quare



5.

Quare necesse erit aut duos Deos cum Manichæis
statueret, aut utrumq[ue] delyrium, (videlicet, homo est pec-
catum, & peccatum est substantia) ab Ecclesia explo-
dere.

6.

Verum cùm & recta ratio, & vox cœlestis, & fa-
des Catholica vnum solum Deum agnoscit conditorem
omnium rerum quæ per se subsistunt, vanitas Manichæt
orum potius ridenda est quam refutanda.

7.

Quapropter constanter reijcimus & detestamur eos
rum opinionem qui audent dicere, vel hominem esse pec-
catum, vel peccatum substantiam, modò proprietatem
verborum consideramus.

8.

Tametsi autem cùm peccauit homo (vt ait Augus-
tinus) peccauit natura, & facta est natura iam pecca-
trix; tamen non est effecta vitium siue peccatum.

9.

Proinde quicunq[ue] statuit hæc duo principia vera
esse, vt sunt verissima, videlicet, Deus cùm sit optimus,
nec vult nec facit peccatum: quod principium agnoscit
Augustinus cùm ait: Detestanda est opinio quæ credit
Deum cuiusquam malæ actionis aut voluntatis esse au-
torem, & Deus ipse sua manu format hominem in vtero
Matris,

Matris, Job 10. Non potest ullo modo assentiri novo isti
dogmatistæ fingenti vel hominem esse peccatum, vel pec-
catum substantiam.

10.

Huic demonstrationi plurimæ rationes subserui-
unt, quarum aliquot, easq; præcipuas recitabo.

II.

Creatio hominis clarissimè ostendit hominem esse
bonam Dei creaturam, & peccatum esse tristissimum ac-
cidens, quo Dei creatura destruēta ac deformata est.
Nam homo fuit ante peccatum quod in hominem per las-
psum irrepsit, quod peccatum non sustulit naturam sed
vitauit.

12.

Propagatio hominis idem ostendit. Scriptum est
enim quòd Adam genuit filium ad similitudinem suam,
hoc est, talem genuit qualis ipse fuit. Habuit autem ille
naturam à Deo & peccatum à seipso. Quare natura bu-
na propagata est cum vitio quod ei attraxit prævaricas-
tio. Hinc sequitur quòd ut peccatum fuit accidentis in
primo homine, ita & in omnibus ipsius posteris acci-
dens est.

13.

Promissio reparationis facta est non peccato, quod
Deus odit & detestatur: sed homini quem amat uti
suam creaturam nobilissimam. Quis hic non videt pec-
catum

A 2

catum

catum ab homine distingui? Ex quo sequitur nec hominem peccatum esse, nec peccatum substantiam.

14.

Incarnatio filij Dei manifestè docet, quòd nec natura hominis sit peccatum, nec peccatum substantia. Assumpsit enim filius Dei nostram naturam in unitatem personæ, non autem assumpsit peccatum. Aliud igitur natura nostra cum suis proprietatibus naturalibus est, aliud autem peccatum. Non igitur homo peccatum, nec peccatum substantia.

15.

Originalis iusticia in Adamo non fuit substantia, sed ornamentum substantiae separabile. Igitur nec originale peccatum substantia erit. Nam, ut Adam secundum animam eandem & corpus idem fuit ornatus iusticia originali: ita in ysdem deformatus vicio originis. Quare vtrunq; accidens erat, si modo concedis accidens esse, quod mutabiliter subiecto inest.

16.

Peccatum originale in Adamo fuit priuatio iusticie originalis, & in nobis carentia iusticie eiusdem. Ergo ut in Adamo ita & in nobis est accidens & non substantia. Puto enim neminem ita insanire, ut priuacionem aut carentiam dicat esse substantiam.

17.

Peccatum actuale, videlicet, cogitatum, concupitum,
dictum

dictum, factum, omissum, contra legem Dei, substantia
nullo modo dici potest. Ergo neq; originale peccatum
est substantia. Nam sunt eiusdem generis, videlicet de-
fectionis à Deo.

18.

Peccatum Diabolorum non est substantia, sed ac-
cidens. Igitur etiam peccatum in homine non est sub-
stantia, sed accidens. Nam certum est & indubitatum
Diabolos retinere eandem substantiam quam acceperunt
in creatione, sicut & homines. Etsi enim in hominibus
multiplicatur substantia, quod non fit in Diabolis, ta-
men eadem specie manet.

19.

Vt lex Dei præcipit vt diligamus omnes homines,
ita mandat nos odisse peccatum & iniquitatem. Si ergo
homines substantialiter sunt peccata, diligendi non sunt.
Si sunt diligendi profectò natura hominis à peccato di-
stinguenda est.

20.

Vt omne peccatum veteris hominis nomine censem-
tur, ita omnis iusticia vera noui hominis appellatione ve-
nit. Cùm ergo illum iubet nos Paulus exuere & hunc
induere, manifestè discernit inter id quod exuitur & in-
duitur, & inter illum qui induit & exuit, qui nec pec-
catum nec iusticia dici potest, sed est utriusq; subiectum.

A 3

Qui

21.

Qui existimant veteris hominis & noui hominis
appellationibus significari & subiectum, & id quod in
subiecto hæret, siue peccatum siue iusticiam, præter, immo
contra scripturam loquuntur. Nec satis animaduero-
tunt quænam sit harum appellationum ratio.

22.

Scriptura definit ἄμαρτια πονηρία πονηρία &
ἀδικία πονηρία, quæ coniuncta ostendunt quæ sit vera pec-
cati ratio: videlicet, quod peccatum sit transgressio le-
gis diuinæ, qua maiestas diuina offenditur, quam profe-
ctò transgressionem nemo nisi ineptissimè substantiam
esse dixerit.

23.

Christus dominus cùm iubet ut precaturi inter
alia dicamus: Remitte nobis peccata nostra: & cùm
Dauid ait: Dele iniquitatem meam, profectò inter sub-
iectum & malum inhærens in subiecto discernunt: illud
vitiosum hoc autem vitium significantes.

24.

Conformatas nostri cum Deo in omni æternitate
erit accidens: ergo deformitas nostra in hac vita cùm
originalis tūm actualis est accidens. Etsi enim illa immu-
tabiliter inerit subiecto: tamen accidit ex gratia Dei, ut
hæc excipia nostra est.

Hic

25.

His rationibus accedit vox Ecclesiae Dei quae pluri-
ris facienda est, quam ut ab ea discedamus propter no-
num dogmatistam. Augustinus qui facile princeps
Theologorum cum Graecorum tum Latinorum veterum
& neotericorum haberi potest, sic ait: Iniquitas quippe
ipsa non est substantia: non enim iniquitas est natura
quam formauit Deus: sed est peruersitas quam facit
homo. Ambrosius. Quomodo inhabitat in carne pecca-
tum cum non sit substantia sed praeuaricatio boni? Sed
quid referam plura Patrum testimonia cum nullus nobis
objici possit qui peccatum substantiam esse dixerat?

26.

Hactenus demonstrauimus & rationibus firmis
conclusimus, quod nec homo peccatum, nec peccatum sub-
stantia propriè dici possit.

27.

Hac demonstrata veritate contenti simus & eam
opponamus omnibus argutijs aduersariorum, non enim
fieri potest, ut in una re sit nisi una constans veritas,
quaë valida est contrarie opinionis refutatio.

Pro quorū ergo hominē peccatis Christus ē mortuus, pp eorum iustitiam
et resurrexit, juxta antecedentem dñi voluntatem. At pro omni p. E.
Quemadmodum, inquit Paulus Rom. 5, p. obedientiam unius homini peccatore,
ostituti scire multi (i. omnes v. 12) ita per obedientiam unius iusti
conspicuntur multi, semper omnes, quoad iuris acquisitionem, v. 18.
Atq. ha. posteriores nationes sunt Iusti Fewerborni, qbus suis subore
latus si orionibus. D. Giffen.

B. Causa officii Reip. Ecclesiast. est aīn Patri et sp̄. d. Christus, singu-
laris gradus in gloriam in regenerationem Universalem, non mortu-
non de, sed emperior ad et Iudex. Hulsen. in Breviar. Ville Comit.

Vestio dubia.

An etiam impii fuit resurrecti virtute meritorum mortis
et resurrectionis Christi?

Ibi negatrum defendant, si nituntur rationibus.

1. Resurrexis, quia sit vi meritorum - refixerat nisi Christi
illa sit ad vitam et salutem, ac proinde effectus ejus est salutaris /
et sacrificius, et non minitorius ac damnatorius Rom. 4.10.25. 1. Pet. 1.3.
Iam u. utilitas vita naturalis, si in novissimo gloriet impius, non
sit ad uitam et salutem, sed ad iudicium ac damnacionem, ac proi-
de effectus ejus est salutaris, et damnatorius. Q.

2. Christus merito suo est causa resurrectionis ad salutem. E. non
est causa resurrectionis ad damnacionem. Ubi u. cause prece o sanc-
tior. Ceteri contrarii effectus

3. Quicquid Christus nobis acq[ui]bit, illud frumenta p[re]dem, scilicet illud
nostris applicamus. Iam u. impii desitentib[us] fide. E. etiam
applicare meritum Christi, et sic est fructus de resurrectione

vi affirmat. tenent, ita arguuntur.

1. Pro quibus Christus est mortuus, pro iis etiam resurrexit. At no-
tib[us] E mortuus. 2. Cor. 5, v. 15. Joh. 10, 15. 2. Pet. 2, 1. E. Utinam
Christus dixit ei singulis hoc acq[ui]bit, ut in ipso mortem eternam effun-
dere et vivere queant: Ita est pro notib[us] illis mortem quod addidit
et ex semine divina intentio in suam utilitatem resurrexit
quod a. Notib[us] non sit usus salutari, id sit ex accidenti, nescia-
tum ob inutilitatem: adeoque remadmodum non possum dicere,
Christum non esse mortuum pro notib[us] 1. quia ois non applicant sibi
ejus meritos et salvatoris: Ita neq[ue] teipso credere non resurrexisse
pro notib[us] quia ois non possunt ex ejus resurrectione gloriam et aliam
salutarem capere. Sed mors et resurrex. Et Christus dicit in
damnacione, ita ut iudicium coram erat gravis, quandoque fide
fili applicare tanta beneficia negligunt etc. Et hoc collimat

2. Arg. Reprobi damnabuntur ideo quod non crediderint in Christum non
etiam mortuus resuscitatum. E. Christus non
iphi, o tantum vere fuit mortuus sed et in illorum cunctis resurrexit.
Eius reprobi damnabuntur propterea quod non crediderint id vere in eum
utilitatem a Christo esse datum sed etiam vere fuit non trahit. Hoc dico
nunquam quod aliquis creverit esse ostendit. Id a gratia iustitiae divinae:

3. Christus mortuus est pro peccata nostra et pro iustitia nostra
exoneratus Rom. 4.12.

porte pag. ordine retrogr.

